2. Teſtimonia: *Pſal: 34. Hebr:1.*
3. Angelorum effecta: *1.Reg: 19. Lucc 16.*
4. Experientia quotidiana.

Cernimus enim ſæpiſſimè Imminens periculum divinitùs â ſanctis Angelis eſſe repreſſum.

Sunt & mali Angeli:
1. enim apparent: *1.Reg:22. Job 1. Matth: 4. Lucæ 10. Apoc: 12.*
2. Meminit & illorum ſacra ſcriptura: *Pſalm: 109. 1.Pe: 5.*
3. Effecta eorum hoc probant: *1. Sam: 16. Job: 13.* (docet.
4. Quotidiana experientia hoc

VSVS.

Nullum itaq; figmentum eſt, ſed ipſiſſima veritas; quicquid de bonis vel malis Angelis, ex præſcripto verbi divini, ab Eccleſiæ Paſtoribus docetur.

III. DEFINITIO.

Bonus Angelus eſt Spiritus, finitus â Deo, in celebrationem divinæ Majeſtatis, noſtrumq; miniſterium conditus, & ornatus luce ſapientiæ ac juſtitiæ divinæ; â quibus donis non defecit, ſed in illis permanſit.

Vſus